Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Peter Grünenberg

Tabulæ Œconomicæ In Integrum Sacræ Scripturæ Utriusqve Testamenti Codicem, Singulosqve Ejusdem Libros: In Gratiam Auditorii Privati Ad instituenda juxta eas Collegia, & hauriendam inde Sacrarum Literarum cognitionem ampliorem publicata

Rostochii: Wepplingii, [1706]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561

Druck Freier Zugang



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0001
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0003
DFG

X. x.

33

F. c — 37. <R>

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0004
DFG

TABULÆ
ŒCONOMICÆ

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0006
DFG

TABULÆ ŒCONOMICÆ

IN

INTEGRUM SACRÆ SCRIPTURÆ UTRIUSQVE TESTAMENTI CODICEM,

SINGULOSQVE EJUSDEM LIBROS:

In Gratiam

Auditorii Privati

Ad instituenda juxta eas Collegia, & hauriendam inde Sacrarum Literarum cognitionem ampliorem publicata

a

JOH. PETRO GRUENENBERGIO, S.TH.D. ac.P.P.

SERENISS. DUCIS REGENTIS MECLENBURGICI

CONSIL. CONSIST. & PER DISTR. MECL. SUPERINTEND.

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, SEREN. PR. & ACAD. TYPOGR.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0007

DFG

SERENISSIMO, EXCELSISSIMOQVE

PRINCIPI AC DOMINO, DN. FRIDERICO WILHELMO,

Duci Meclenburgico Regnanti, Principi Vetuſtæ Gentis Venedæ, Sverini, & Razeburgæ, Comiti Sverinenſi, ac Terrarum Roſtochii ac Stargardiæ Dynaſtæ & rel.

CLEMENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

Suo,

Felicitatem iterum

Connubialem, & Publicam,
Eccleſiaſticam, & Politicam,
Togatam, & Militarem,
Qvotidianam & Anniverſariam,
Spiritualem, & Æternam

Pr. humillimè.

Ex Bibliotheca Academiæ Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0008
DFG

DUX SERENISSIME, PRINCEPS AC DOMINE CLEMENTISSIME!

TUÆ Memoriæ & Clementiæ ex jure non humillimi tantum promissi, sed & reverentiæ, qvam submississimam Tìbi Nathanes Tui omninò debent, chartaceum rursus monumentulum consecro, PATER PATRIÆ, qvod tenues qvasdam Tabellas, œconomicam S. Codicis dispositionem præferentes, parvulo corpore complectitur. Qvod in hôc labore meum est, illud uti exiguum, ita levidensum est; qvod ê SS. transcripsi literis, idest *Divinum*, eoqve nomine TUÆ SERENITATI amplum judicabitur, & jucundum. Tanto autem hoc fortiùs spero, qvantô benignius de S. Bibliorum sensu Dobberani Ipse clementius advocato Tuo cum servo verba feciſti, idqve Solo tunc Collocutore SERENISSIMO TUO SOCERO, qvicum tanta de materia jam ante piè comiterqve loqvebaris, DOMINO inqvam CAROLO, LANDGRAVIO HASSIÆ CASSELLANÆ REGNANTE. Cui qvidem HEROI ubiqve Magnanimo, Clementi, ac Probo, qvodqve gloriam singularem exigit, mea qvoq; versus servitia absq; exspectatione, ut in Colloqviis admodum Facili, sic in Operibus non minus Magnifico, DEUS Deorum omnia Summa ac Prosperrima sanctè destinet, ac largiatur, una cum EXCELSISSIMA PRINCIPE AC LANDGRAVIA, DOMINÁ MARIA AMALIA, CURONA Coronis Digniſſimâ, cujus Sermones Clementissimos hodienum veneror, & venerari haud desistam. Qvod igitur, PRINCEPS SERENISSI-

NISSIME, tum temporis TUO fuit in ore, id porrò in chartulis intueri ac magnifacere numqvam detrectabis. Ego nihil adjicio, nisi has preces, ut, qvidqvid Boni, Sancti, ac Prosperi in mearum Tabellarum Principio, Codice Sacro ac Divino, scriptum est divinitus, id omne in TE, DOMINE CLEMENTISSIME, TUAMQVE UXOREM SERENISSIMAM, DN. SOPHIAM CHARLOTTAM, CLEMENTISSIMAM DOMINAM meam, pleno qvod ajunt, thylaco spargat SANCTISSIMA DEI MAJESTAS, Connubii VESTRI Autrix, & Servatrix Alma, hoc præcipue tempore, qvo alter Thalami VESTRI annus finitur, & primordium Anni Novi, qvem **FRIDERICI GWILIELMI** Glorioſiſſimum Nomen nunc depingit, ſumitur. Valeatis, CONJUGES SERENISSIMI, & VESTRIS Ignibus qvam diutiſſimè, & feliciſſimè calefiatis, Miniſtris & Civibus fidis ſemper utamini, DEOQVE in CHRISTO omnium Redemtore frui, qvod primum eſt, inſtantem per annum ne oblivisſcamini! Scripſi, utut opere nondum perfecto, TUOq; HEROS MECLENBURGICE, Nomini dicavi inter Viſitationis Eccleſiaſticæ negocia, Sternebergi Calendis Januariis clɔ Iɔccvi.

SERENISSIMÆ T. CELSITUDINI

Ad Miniſterium Verbi, Precum obſervantiam,
Munerumq; fidem

Submiſſiſſimus

JOH. PETR, GRUENENBERG, D

LECTORI BENEVOLO.

Salutem
&
Salva in CHRISTO Omnia!



Istuntur Tuæ relectioni piæq; censuræ, L. B., Tabellæ Biblicæ, privatis primùm studiis Nobilissimorum qvorundam S. Theologiæ Cultorum, qvi istas efflagitaverant, destinatæ, in eorumdemqve usum, faxit DEUS & fructum, conscriptæ. Eqvidem juxta has Tabulas meis cum Auditoribus singulos S. Codicis Libros sic permeare cœpi, ut, qvod in unoqvoq; Capite ad connexionem historiæ ac rerum pertinet, itemq; qvod exstantioris est dubii, per vivum sermonem exponam, ratus, hâc viâ limpidiora fore omnia, & faciliora intellectu. Norunt omnes, qvanta accuratissimos etiam Philologos, & Criticos vexent dubia, qvorum magna admodum pars per sedulam œconomiæ Biblicæ perlustrationem ita solvitur, ut ambiguis qvoq; Grammaticorum crucibus remedia inde non raro fiant. In illud laboris genus incubui duce DEO, multorum jam temporum adjutus usu, & chronologicarum computationum studiô aliqvantum exercitatus, ipsaqve S. Exegesi subnixus. Spero, non defore, qvibus hæc opella visura sit informationi & rerum intellectui commoda, præcipuè in Prophetis, qvi in hac brevitate planiùs & sine tantâ molestiâ, qva solent, per horas pauculas percipi haud difficulter poterunt. Qva ad Autorum, Temporum, & Locorum distinctionem attinent, Tabulis adjungere non semper potui ob earum vel nimiam brevitatem, vel aliam rationem, itaq; ad vitandam inconstantiam adjeci numqvam. Ea sermoni privato reservanda censui, qvamvis jam olim in hac Academia privatis, ut fieri solet, laboribus totum Sacrum Codicem juxta singulorum Librorum Oeconomiam, Taxin, & Synapheam, Scopum & Argumentum, Autores & Autoritatem, Tempus & Locum, Asservationem & Divisionem, & qvæ talia sunt, exegerim. Addidi & tunc temporis Tabellas, ab hâc dispositione interdum aliqvâ parte distantes, nec tamen dissonas. Non erit dictu admirabile, si qvis sibi videre videatur in hoc negocio alia commoda, & aliam dispositionis rationem: sunt enim ista libertatis, & pro cujusqve scopo & voluntate modo hunc induere possunt habi-

habitum, modo illum. Neqve etiam iis scripsi, qvi sine aliena ope opem sibi ferre nouunt: qvid soli flammas, aut oceano guttas ferre velim? Meum fuit, iis auxilia erre, qvi ista petierunt. Atq; hinc dissentientium in una alterave causa omnium peperci nominibus: non enim lites qvæsivi, sed litium fugam. Qvod si qvis aliter sentit, atqve ego, liberum per me illi hoc erit atqve integrum: nec pigebit, alienas methodos legere; non enim in hoc sermonis genere qvisqvam scribet, in qvô non sit, qvod sive laudem, sive notam aut mereatur, aut eliciat. Tanta est hujus vitæ, omniumqve studiorum imperfectio, etiamsi in Perfectis versemur, & operositas in honestis. Ipse illud memoro, qvod divisionem in tres partes præamaverim. Verum tamen in hoc labore non Διχοτομίας Ἀναλυτικῆς accuratio, sed memoriæ commoditas, præoptatur, eamq; hac ratione facilius inventum iri credidi. Sacræ qvoq; veritatis Studiosis καὶ βιβλιοφίλοις consulere sic volui, ne prima Studiosorum responsio ista statim vexetur dubitatione, num duæ, tres, quatuor, pluresve partes sint præferendæ? In Epistolis N. Testamenti æqualis quidem trium Partium, at non æqualis semper observata est ratio Tabellarum, quia non æqualis ubique est ratio Epistolarum ipsarum, cum aliæ Exordia & Conclusiones habeant, aliæ non habeant. Tractationi earum non semper tres feci partes; durius quippe fuerat interdum, si ita fecissem. Rebus illic attendere, quam partibus malui. Cæterum, uti de Eruditione non rixor cum ullo, ita, quod hic est scriptum, si fuerit opus, vel explicare vel defensitare cum modestia haud erubescam. Iis autem, qvi ad Sacra munia cum DEO adspirant, meoq; tentamini, vel examini nomina sua sunt exposituri, id significo, semper me S. Bibliorum nunc tantô magis habiturum esse curam, qvanto commodius vel ex solis his Tabellis Librorum Sacrorum Summa, & Divisio, & Connexio, & Numerus Capitum, aliaq; plura hauriri poterunt: qvippe qvi operam sum daturus, ut satisfiat Agendorum Ecclesiasticorum etiam hâc in parte præscriptis. Vale, Lector Christiane, & fave Theologo orthodoxa pariter ac pia cum sinceritate in Sacris Literis versanti, Tibiqve ad qvævis non humanitatis tantum, sed christiani qvoq; iuris officia perlubenter inservituro.

J. P. G. D.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0012
DFG

TABULÆ ŒCONOMICÆ

IN

INTEGRUM S. SCRIPTURÆ CODICEM.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0013
DFG

(2.)

TABULA I.

DE

DISTRIBUTIONE CODICIS HEBRAICI juxta SERIEM HEBRÆIS CONSVETAM.

- CODEX HEBRAICUS apud Hebræos dividitur in
  - תורה, legem Mosis, cui insunt
    - בראשית, Genesis.
    - ואלה שמות, Exodus.
    - ויקרא, Leviticus.
    - וידבר, Numeri.
    - אלה הדברים, Deuteronomion.
  - נביאים, Prophetas
    - ראשונים, Priores Qvatuor
      - יהושע, Josuæ,
      - שופטים, Judicum.
      - שמואל א׳ ב׳ Samuelis { Prior. / Posterior.
      - מלכים א׳ ב׳ Regum { Prior. / Posterior.
    - אחרונים, Posteriores, suntqve
      - גדולים, Majores
        - ישעיהו, Jesaias.
        - ירמיהו, Jeremias.
        - יחזקאל, Ezechiel.

        vel antiqvitus juxta Bava Bathra: { Jeremias, / Ezechiel, / Jesaias.
      - קטנים, Minores
        - הושע, Hoseas.
        - יואל, Joël.
        - עמוס, Amos.
        - עובדיה, Obadiah.
        - יונה, Jonas.
        - מיכה, Micha.
        - נחום, Nahum.
        - חבקוק, Habacuc.
        - צפניה, Zephania.
        - חגי, Haggai.
        - זכריה, Zacharias.
        - מלאכי, Malachias.
  - כתובים, Hagiographa, suntq; subseqventia:
    - תהלים, Psalmi.
    - משלי, Proverbia.
    - איוב, Jobus.
    - שיר השירים, Canticū.
    - רות, Rut.
    - קינות, Threni.
    - קוהלת, Ecclesiastes.
    - אסתר, Esther.
    - דניאל, Daniel.
    - עזרא, Esra.
    - נחמיה, Nehemia.
    - דברי הימים א׳ ב׳ Chronici { Prior. / Posterior.

    vel juxta Bava Bathra: { Rut. / Psalmi. / Hiob. / Proverbia. / Ecclesiastes. / Canticum. / Threni. / Daniel. / Esther. / Esræ { Primus. / Secundus. / Chronicorum { Primus. / Secundus.

(3.)

TABULA II.

DE

DISTRIBUTIONE VETERIS TESTAMENTI juxta SERIEM CHRISTIANIS CONSVETAM.

SCRIPTURA SACRA est Testamenti vel Veteris, vel Novi. *De Novo infrà.* Vetus Testamentum ὁμωνύμως sumtum habet Volumen

						Capita. H.
Canonicum, cujus sunt Partes tres	Historica, habens	Pentateuchum Mosaicum			Genesin.	50.
					Exodum.	40.
					Leviticum.	27.
					Numerorum.	36.
					Deuteronomion.	34.
		Triteuchum Triplicem,	Criticum		Josuæ	24.
					Judicum,	21.
					Ruth.	4.
			Basilicum, cui insunt	Samuelis	Prior.	31.
					Posterior	24.
				Regum	Prior.	22.
					Posterior.	25.
				Chronicorum	Prior.	30. 29.
					Posterior.	36.
			Archonticum		Esræ.	10.
					Nehemiæ.	13.
					Esther.	10.
	Dogmatica, Pentateuchum habens, cui insunt				Ijobi Liber.	42.
					Davidis Psalmi.	150.
			Salomonis		Proverbia.	31.
					Ecclesiastes.	12.
					Canticum Canticorum.	8.
	Prophetica, Pentateuchum qvoqve habens, cui insunt Prophetarum Volumina,		Qvatuor Majorum, qvi sunt		Esaias.	66.
				Jeremias in	Prophetia.	52.
					Threnis.	5.
				Ezechiel.		48.
				Daniel.		12
			Unum Minorum, qvi sunt	præ Templo Secundo	Hosea.	14.
					Joël.	3. 4.
					Amos.	9.
					Obadia.	1.
				In Templo Secundo	Jonah.	4.
					Micha.	7.
					Nahum.	3.
					Habacuc.	4. 3.
					Zephania.	3.
					Haggai.	2.
					Zacharias.	14.
					Malachias.	4. 3.
Apocryphũ, cui insunt Libri	Potiores, iiqve scripti	Historicè juxta Pentateuchum			Tobias.	14.
					Judit.	16.
					Fragmenta Daniel & Esther.	12.
					Maccabæorum Primus.	16.
					Maccabæorum Secundus.	15.
		Dogmaticè juxta Triteuchum			Liber Sapientiæ Salomonis.	19.
					Deprecatio Manasse.	1.
					Ecclesiasticus Jesu Sirach.	51.
		Propheticè juxta Monoteuchum in Prophetiâ Baruchi.				6.
	Leviores in Appendice adjuncti per Triteuchum, cui insunt				Esræ Tertius.	9.
					Esræ Qvartus.	16.
					Maccabæorum Tertius.	7.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0015
DFG

TABULA III.
DE
GENESI.

Capita.

- GENESIS exponit Historiam Patriarcharum
  - Ante-diluvianam
    - Perfectionis
      - creatæ. 1.
      - beatæ. 2.
    - Defectionis in
      - Protoplastis exortæ. 3.
      - Posteris
        - effrenatæ. 4.
        - refrenatæ, 5.
  - Diluvianam de inundatione
    - Metuendâ. 6.
    - Immissâ. 7.
    - Remissâ. 8.
    - Non porrò metuendâ. 9.
  - Post-Diluvianam de temporibꝰ
    - Noæ, cujus familia fuit latè
      - dissecta. 10.
      - disjecta, 11.
    - Abrahæ positi in
      - orbitate, in qvâ
        - Lothum
          - secum ducit. 12.
          - dimittit. 13.
          - redimit. 14.
        - Prolem sperat. 15.
      - extra orbitatem per
        - Ismaëlem
          - recens natum â matre Hagar. 16.
          - circumcisum cum Patre Abrahamo. 17.
        - Isaacum
          - promissum â Domino
            - benignitatis indice. 18.
            - impietatis vindice. 19
          - genitũ in Gerara Sara
            - per Abimelechũ periclitante. 20.
            - Ismaelem domo expellente. 21.
          - ductum pedetentim in
            - periculum vitæ. 22.
            - jacturam matris. 23.
            - amorem Rebeccæ. 24.
        - cœteros filios è Keturâ, variosqve è Natis Nepotes. 25.
    - Isaaci, qvæ tamen sub temporibus Abrahæ, & Jacobi comprehenduntur.
    - Jacobi, cujus describitur
      - vita cum parentibus gesta in
        - terrâ Mamre, ubi Esavi primogenituram emit. 26.
        - terrâ Gerar, & Vicinâ Bersaba. 27.
      - peregrinatio diuturna
        - adornata
          - ob præoccupatam patris benedictionem. 28.
          - per dimissionem, & discessum in Mesopotamiã.
        - continuata in servitio annorum
          - qvatuordecim pro Rachel. 29.
          - sex pro mercede. 30.
        - mutataper
          - iter, in qvo
            - conciliatur
              - fratri Esavo
                - formidato. 32.
                - salutato. 33.
              - socero Labano. 31.
            - violatur Dina filia, sed haud impune, 34.
          - domum reditionem cum Suis præter Rachelem omnibus. 35.
      - consangvinitas è familiâ Esavi fratris in terram Seir transgressi. 36.
      - inhabitatio
        - Mamræ, qvo tempore ex ejus filiis
          - Pars maxima Josephum fratrem vendit. 37.
          - Juda â Patris familiâ se distinguit. 38.
        - Josephextorris
          - inservit
            - ærumnosè
              - Potiphari. 39.
              - Captivatis. 40.
            - gloriosè Pharaoni. 41.
          - fratribus
            - vendit annonam
              - semel. 42.
              - iterum. 43.
            - parit ex agnito
              - cratere tristitiam, 44.
              - fratre lætitiam.
        - Ægypti, ubi
          - vivus per Josephum
            - suscipitur senex annorum 130. 45.
            - terram Gosen impetrat, superstes 17 annos, 46. 47.
          - moriturus, benedicit filiis
            - Josephi duobus. 48.
            - duodecim Suis. 49.
          - mortuus est, sed in Canaan ad sepulturam revectus.
      - Josephi Ultimis, mortuoq; patre tandem in Ægypto beatè consummatis, 50.

TABULA IV.
DE
EXODO.

- EXODUS exponit Laborem in Iraële
  - Liberato ante Legẽ ab hoste
    - civili & intestino, ubi spectanda Liberationis
      - Occasio, tyrannis Ægyptiaca
        - Populo adaucto nascendo recens nato — ante Mosen insidians. Cap. I.
        - Populi ærumnas post Mosen natum adultum fugatum — continuans. 2
      - Causa Princeps, Deus Mosen in hunc finem
        - vocans. 3.
        - confirmans. 4.
        - tentans 5.
        - consolans 6.
      - Antecedentia, Varia Signa,
        - Angvis, Sangvis, Rana, Pedes, Insectaqve multa, 7.
        - Mors gregis, atra Lues, grandoqve, 8.
        - Cicada, tenebræ. 9.
      - Causa Ministra, Moses exodum
        - in aulâ Regis prædicans 10.
        - sub Paschâ mortiferâ consummans 12.
        - Lege primogenituræ obsignans. 13.
      - Consequentia, Pharaonis
        - persequentis submersio 14.
        - Submersi decantatio. 1. 21.
    - naturali & interno
      - morbo, sublato per lignum in aqvã insalubrem immissum. 22. f. — 15.
      - fame, sublatâ per manna & volatilia in cibum missa. 16.
      - siti, sublata per aqvas ê rupe in Massa & Meriba emissas. v. 1. 7. — 17.
    - militari & externo, Amalecitis scilicet invasoribus, sed per Josuam devictis. v. 8. f.
  - Subjugato sub legem, ubi spectanda Legis
    - necessitas & facta â Jethrone commendatio 18.
    - indicium, mandataqve & facta præparatio 19.
    - Divina promulgatio, & popularis acceptatio 20.
    - extensio, & explicatio per Statuta
      - de Nece & Fatis &c. 21.
      - de Noxa & Furtis &c. 22.
      - de Judicio & Festis &c. 23.
    - descriptio & confirmatio per Sangvinem, Gloriæq; Divinæ Visionem. 24.
    - Onerato post Legem per Labores Sacros
      - sanctè mandatos â Deo circa
        - Arcam, Mensam, Lychniam. 25.
        - Tabernaculum seu Scenã ipsam 26.
        - Thysiasterium, Atrium, Oleum 27.
        - Habitum Sacerdotalem 28.
        - Ritum Consecrandi. 29.
        - Thymiateriũ & Labrum cum unguento & thymiamate. 30.
        - Artifices, Sabbaticos cultus, & Tabulas Legis. 31.
      - pravè tentatos â populo
        - post vitulinum cultum punito 32.
        - DEO per Suam Faciem Unito. 33.
        - novis tabulis promissisq; munito. 34.
      - rectè curatos â Mose, qvò pertinent
        - necessariorum collecta 35.
        - tabernaculi structura 36.
        - Arca, Mensa, Lychnia, Thymiateriũ cum Unguento, & thymiamate 37.
        - Thysiasterium, Labrum, Atrium 38.
        - Habitus Sacerdotalis 39.
        - Erectio Tabernaculi. 40.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0017
DFG

TABULA V.

DE

LEVITICO.



TABULA VI.
DE
NUMERORUM LIBRO.

- NUMERI exponunt Itinera in Deserto, eorumq;
  - Præparationem, qvò pertinent
    - Inqvisitio in
      - tribus duodecim
        - dinumerandas — C. 1.
        - coordinandas. — 2.
      - tribum Levi
        - dinumerandam — 3.
        - coordinandam — 4.
      - turbam immundorum, furum, & suspectarum. — 5.
    - consecratio
      - Nasiræorum — 6.
      - Altaris — 7.
      - Levitarum — 8.
    - apparatio
      - Paschæ duplicis diversim servandæ. v. 1-14. — 9.
      - Itineris juxta
        - conspectum columnæ
        - auditum Tubæ decenter inflatæ. — 10.
  - Frequentationem, qvò pertinent
    - Progressio I. ad Terrã Canaan, in qvâ
      - Hobabum habent Comitem. — 11.
      - Populus poscit carnem; — 12.
      - Mirjam sentit Vindicem, — 13.
      - Legati explorant tellurem; — 14.
    - Retrogressio â Terrâ Canaan, celebris
      - ab origine suâ, murmuratione — 15.
      - â cautâ Ligni, & Legis lectione, — 16.
      - â Koræ & Sociorum luctu. — 17.
      - â Virgæ Aaronis fructu. — 18.
      - â sancito Sacerdotum salario, — 19.
      - â Cinere Vaccæ Expiatorio. — 20.
    - Progressio II. ad Terrã Canaan, in qvâ memoranda
      - Fata Ducũ, â Morte, Mente, Marte, Monte. — 21.
      - Victoria contra Chananæos, Colubros, Amoritas, Basanitas. — 22.
  - Cessationem, qvæ fuit
    - invisa Balaco, Bileamum
      - excienti. — 23.
      - audienti, — 24.
      - dimittenti. — 25.
    - impensa
      - male ab Israëlitis libidinosis — 26.
      - bene & qvidẽ
        - politicè ad constituendũ
          - numerum novi populi. — 27.
          - jus puellarũ hereditariũ — 27.
          - Josuam Ducem novum. — 27.
        - leviticè per Leges de
          - Sacris
            - Ordinariis & Prioribus — 28
            - Reliqvis & Posterioribus. — 29
          - Votis, eorumq; obligationibus. — 30.
        - polemicè ad cladem Midianitis inferendam. — 31.
    - indepta Descriptionẽ
      - Terræ Trans-Jordaneæ, tribus tribubus concedendæ. — 32
      - Omnium Itinerum, & castrorum usq; in Trans-Jordaneam. — 33
      - Terræ Cis-Jordaneæ distribuendæ. — 34.
      - Opidorum Leviticorum & Asylorum. — 35.
      - Juris Hereditarii pro puellis. — 36.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0019
DFG

TABULA VII.
DE
DEUTERONOMIO.

DEUTERONOMION. exponit Repetitam Legis Explicationē per

- Orationē Mosis Longiorem, cui iterum
  - præmittitur circumstantiarum brevis expositio v. 1-5.
  - inseritur enarratio de
    - Progressu ad Terram Canaan.
      - Priore v. 6. f. — C. I.
      - Posteriore.
    - Occupatione Terræ
      - Trans Jordaneæ per Mosē. 2.
      - Cis Jordaneæ per Josuam. 3.
  - subnectitur adhortatio de cautè servandâ, & posteris tradendâ Lege. } 4.
    - asylorum Trans-Jordaneorum designatio actualis. 41-44.
  - præmittitur ratio circumstantiarum, v. 45. ad fin.
  - inseritur Decalogi
    - repetitio qvasi exordii loco cum glorioſæ promulgationis recordatione. 5.
    - commendatio à
      - Legislatoris Dei glorioſa sancteq; tenendâ Unitate. 6.
      - Fœderis Divini Honestate atq; Utilitate. 7.
      - Freqventiâ
        - beneficiorum haud meritorū. 8.
        - peccatorum condonatorum. 9.
      - Legis restitutæ sanctitate & justâ exactione. 10
      - Victorū posteris inculcandâ memorabilitate. 11
    - extensio circa
      - Cultus Divini locum. 12.
      - Idololatriæ fugam. 13.
      - Animantes & Decimas. 14.
      - Annū Sabbaticū & Primogenituras pecudū. 15.
      - Festa tria Anniversaria. 16.
      - Jus Civile, Criminale, & Regium. 17.
      - Personas Sacras. 18.
      - Homicidas ac Testes 19.
      - Rationem bellandi. 20.
      - Inventum Occisum, Causas Domesticas, & Suspensionem. 21.
      - Curā pecudis, vestis, domo, agri, & castitatis. 22.
      - Jus Ecclesiæ & Castrorū, ac Pravū Commodū. 23
      - Uxores Periclitantes, atqve Egenos. 24.
      - Verberandos, Viduas, Uxores, Mercatores, Amalecitas. 25.
      - Primitias ac Decimas v. 1-15.
    - inculcatio per
      - fœderis jam facti commonefactionem. 26.
      - triplicē inclamationē de Lege
        - scribendâ,
        - tenendâ,
        - tremenda. } 27.
      - subjunctam benedictionē, & maledictionē. 28.
  - subnectitur qvasi Conclusionis gratiâ
    - sermo pro conservando hoc fœdere. 29.
    - promissio gratiæ pro sese conversuris. 30.
- Descriptionem Mortis Mosaicæ
  - prædictæ
    - à Mose, Populum, Josuam, Sacerdotes cohortante v. 1-13.
    - à DEO
      - exhibente Mosi ac Josuæ carmen fatale
        - præscriptū v. 14. f. 31.
        - prælectū. v. 1-47.
      - explicante Mosi mortis necessitatem & rationem. v. 48. f. 32.
  - præventæ publicâ populi ac tribuum benedictione 33.
  - præsentis jam, & populo vehementer luctuosæ. 34.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0020
DFG

TABULA VIII.
DE
LIBRO JOSUÆ.

- LIBER JOSUÆ exponit Hereditatis Canaaniticæ
  - occupationem
    - affectam per
      - Ducis confirmationem. — C. 1.
      - Exploratorum felicitatem. — 2.
      - Expeditionem trans Jordanem
        - admirandam; — 3.
        - memorandam; — 4.
      - Circumcisionem restauratam; una cum Pascha Domini apparentis. — 5.
    - effectam per
      - expugnationem Urbis
        - Jericho — 6.
        - Ai
          - primum victricis; — 7.
          - deinceps victæ. — 8.
      - deditionem Gibeonitarum — 9.
      - præliationem in subactâ
        - Judææ — 10.
        - Galilææ — 11.
    - confectam post devictos triginta & unum reges — 12.
  - distributionem, & qvidē ratione
    - terræ,
      - præscriptam divinitus cum certâ lege — 13.
      - descriptam
        - primum
          - pro Judâ
            - speciatim — 14.
            - generatim — 15.
          - pro Josepho in
            - Ephrajim — 16.
            - Manasse — 17.
        - iterum pro tribubus Septem, nimirū
          - Benjamin. — 18.
          - Sex reliqvis. — 19.
    - Urbium, pro necessitate
      - Asylorum — 20.
      - Levitarum. — 21.
  - inhabitationē, *Cap.* 21, 43. *f.* qvam seqvuntur
    - Transjordanæorum abitus — 22.
    - Josuæ
      - Universalis Synodus — 23.
      - Divinum fœdus, & exitus — 24.

TABULA IX.
DE
LIBRO JUDICUM.

- LIBER JUDICUM exponit Israëlis per Judices Servati
  - Protarchiam, qvæ statum Israëlis proponit Mortuo Josuæ
    - propiorem — C. 1.
    - remotiorem. — 2.
  - Critarchiam sub
    - Athniele J., Ehude B., & Samgare. — 3.
    - Deborâ E., cum Baraco Belli Duce N.,
      - Vincentibus — 4.
      - Canentibus. — 5.
    - Gideone M., ab agricultura vocato milite, victoriam
      - sperante — 6.
      - tenente — 7.
      - urgente — 8.
    - Abimeleco M., Rege fastuoso misereqve exstincto — 9.
    - Tholâ I, & & Jairo M. — 10.
    - Jephthâ M. Victore contra
      - Ammonitas hostes — 11.
      - Ephraitas fratres.
    - Ebzane S., Elone S. & Abdone E. — 12.
    - Simsone Danita
      - nato — 13.
      - sponso — 14.
      - fausto — 15.
      - victo — 16.
  - Anarchiam, qvæ famosum reddidit
    - idolum
      - â Michâ factum — 17.
      - â Danitis raptum — 18.
    - scelus Gibeæ, cujus
      - nefas malè commissum, — 19.
      - crimen vanè defensum. — 20.
      - damnum ægrè refectum, — 21.

TABULA X.
DE
LIBELLO RUTH.

- LIBELLUS RUTH exponit Originem Davidis ê Rutâ
  - Viduâ moratâ, Socrui suæ fidâ
    - in comitatu. — C. 1.
    - in alimento. — 2.
  - Procâ moderatâ, Maritum affinem ê præscripto Legis petente — 3.
  - Uxore honoratâ, Boasum Conjugem posteris beante — 4.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0021
DFG

TABULA XI.

DE

SAMUELIS LIBRO PRIORE.

- PRIOR SAMUELIS, exponit Judicatum regno mutatum per historias
  - Eli Sacerdotis Summi, cujus
    - circa vigorem
      - in Sacerdotio, Samuel fuit
        - ex matris voto natus. C. 1.
        - Silunte educatus. 2.
      - in Judicatu, Samuel divinitus est vocatus. 3.
    - circa mortem Arca Fœderis à Philistæis fuit
      - abducta 4.
      - plorata, 5.
      - remissa. 6.
  - Samuelis Judicis
    - Israelitas
      - à Philistæis irrumpentibus vindicantis 7.
      - de postulati regis juribus informantis 8.
    - Saulem
      - regno
        - prævidentis 9.
        - præficientis 10.
      - regem dubium
        - in bellum Ammon comitantis 11.
        - post bellum Ammon confirmantis 12.
  - Sauli Regis, qvi fuit
    - Philistæos
      - à Samuele ob sacrificium reprehensus 13.
      - à Jonathane adjutus æqvè & impeditus. v. 1-46. } 14.
    - in bello, contra
      - Varios hostes alios divinitus corroboratus v. 47. f. }
      - Amelecitas, planè à DEO repudiatus 15.
    - in regno, Counctũ nactus Davidem, eumq;
      - faustum, uti
        - fidicinem regium in au'à 16.
        - victorem Goliathi in pugnâ 17.
        - ducem & regis generum, in famâ 18.
      - infaustum, uti
        - hostem declaratũ, & Ramæ qvæsitũ. 19.
        - à Jonathâ defensũ frustra, ac dimissũ. 20.
        - in Noben & Gath periculosè progressũ. 21
    - in pace, Davidem persequens per
      - capita octoginta qvinq; Sacerdotum. 22
      - arma mota
        - ad Kegilam, & Hachilam. 23.
        - in desertum Engeddi. 24.
      - mutationem Generi circa tempus Nabalis pereuntis. 25.
      - novas insidias
        - in colle Hachila vi soporis evanescentes. 26
        - patriâ tandem Davidem removentes. 27
    - in prælio novissimo
      - apparando
        - consulens diabolum per necromantiam. 28
        - haud nactus Davidem adversarium, velut
          - retrogressum, 29.
          - Ziklagis ultorẽ. 30.
      - depugnato, miserè cum suis præ Philistæis occumbens. 31.

TABULA XII.

DE

SAMUELIS LIBRO POSTERIORE.

- POSTERIOR SAMUELIS exponit statum Davidis
  - Prosperatũ, dum accipit
    - regnum, Isboseto
      - nuncium de vacuefacto regno infelicem C. 1.
      - feliciter repugnans 2.
      - per Abnerem tremendus 3.
      - Latronum sangvine parentans 4.
    - monarchiam, in qvâ
      - Jebusæos & Philistæos sternit 5.
      - piè meditatur
        - de Arca fœderis 6.
        - de Templo DEI. 7.
      - tuetur
        - gloriam belli & pacis 8.
        - memoriam Jonathæ in natis 9.
  - Perturbatũ, dum
    - Ammonitas
      - frustra consolatur, in Legatis contumeliosè habitus 10.
      - debellaturus, Uriam fœdè violat 11.
      - serò Jehovæ reconciliatus, tandem peslumdat 12.
    - Liberos dolet, nimirũ
      - Amnonem incestus causâ à fratre occisum. 13.
      - Absolomũ
        - interfectorem fratris, ægrè reconciliatum. 14.
        - perduellem patris persecutorem. 15.
        - in thalamo miseri patris incestuosum. 16.
        - per Husai aliqvantisper dilatum. 17.
        - miserè tandem perfossum ac deletum. 18.
  - Restauratũ, dum
    - gloriosè regnum
      - deplorato filio recuperat 19.
      - domito rebelli Sebâ tranqvillat 20.
      - à fame per Saulitas, à bello per Philistæos liberat 21.
    - religiosè
      - Servatorem laudat DEUM. 22.
      - Messiam præfert regno, Heroum ope suscepto atqve gesto 23.
      - ad DEUM se, post populum numeratum convertit. 24.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0022
DFG

TABULA XIII.

DE

PRIORE REGUM LIBRO.

- PRIOR REGUM exponit Monarchiam dissectam, & qvidem in Israele scissionē
  - nesciente sub Salomone, cujus describitur
    - principium, ubi notanda
      - coronatio dextrè promota. C. 1.
      - confirmatio per mortem, & pœnam. 2.
      - Sapientia in Prece & Jure. 3.
      - Ratio vitæ in Statu, Victu, Studio. 4.
    - medium, qvò pertinet
      - structura
        - Sacra
          - præparata. 5.
          - affecta 6.
          - privatæ prævia. 7.
          - consecrata 8.
          - comprobata.
        - politica, eaqve varia. 9.
      - commercium cum exteris 10.
    - decrementū è conjugio, hoste externo, periculo civili, atq; morte. 11.
  - Patiente per Jeroboamum I. â Rege & DEO desciscentem. 12.
  - protegente contra
    - Rehabeamū, sub Jeroboamo,
      - per Prophetam infelicem frustra monito. 13.
      - per Ahiā correpto, & post Rehabeamū mortuo 14
    - Abiam, sub eodem Jeroboamo v. 1 8. 15.
    - Asam, sub
      - Jeroboamo, Nadab, & Baësa v. 9. f. 16.
      - Baësa, Ella, Simri, Amri cum Thibni, & Ahab
    - Josaphat c. 15, 24, sub Achabo habente
      - in regno monitorem Eliam, Prophetā
        - Magnū. 17.
        - Firmū. 18.
        - Tutum. 19.
      - in bello Syriaco Vatem, bonū pugnatori, non victori. 20.
      - in negocio Naboth Eliam Censorem. 21.
      - in expeditione fatali
        - adversarium Micham.
        - socium Josaphatum. 22.
        - Proregem Achasiam.

TABULA XIV.

DE

POSTERIORE REGUM LIBRO.

- POSTERIOR REGUM exponit Detrimenta Scissionis in Israële
  - scissionem continuante
    - amicè adversus
      - Josaphatū, sub
        - Ahasia ex morbo pereunte, successore Ahasiæ fratris, C. 1.
        - Joramo Isr.
          - successorē Eliæ nacto in Elisæo, qvi
            - aqvas immutat 2. 21-22.
              - irrisoribus maledicit 2.
            - cladem Moab prædicit. 3.
            - oleū, vitā, victū auget. 4.
            - lepram sanat. 5.
            - ferrū levat, Syros premit. 6
            - famem tollit 7.
      - Joramum Judæū, sub Joramo Isr., qvò tempore Hasael Benhadadi succedit 8.
      - Ahasiā, sub eodē Joramo Isr., cujus socius in Syriaco bello fuit.
    - minus amicè adversus
      - Ahasiam, sub Jehu sternente
        - duos Reges. 9.
        - Agnatos regales. 10.
      - Athaliam, sub eodem Jehu, qvæ regina â Nepote tollitur. 11.
      - Joam Judæum, sub eodem Jehu, & sub Joahâ (Conf. c. 13, 1-9.) 12.
      - Amaziam, sub
        - Joâ Israel:, qvi
          - prædicente Elisâ Syros sternit. 13.
          - Amaziam provocantem domat.
        - Jeroboamo II. qvo vivo Amazia moritur. 14.
      - Usiam, sub Jeroboamo II. Sacharia Sallum, Menahemo Pecajâ
      - Jothamum, sub Pecâ, Israelitarum rege & hoste graviore 15.
      - Achasum, sub Pecâ hoste gravissimo, sed represso & exstincto. 16.
  - exscissionem videntē & sub Hoseâ per Salmanassarem tempore Hiskiæ deleto
    - post Hoseam per Successores Assyrios in Satrapiam mutato. 17.
  - scissionis signum relinqvente in regno Juda sub
    - Hiskiâ
      - temere per Sennacherib impugnato. 18.
      - gloriosè per fugientem relicto. 19.
      - miraculosè sanato, tandemqve mortuo. 20.
    - Manasse & Amone. 21.
    - Josiâ
      - DEUM timente 22.
      - idola destruente
    - Joahâ paullo post captivo 23.
    - Jojakimo, Jojachino, & Zidekiâ
      - regnante 24.
      - labante. 25.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0023
DFG

TABULA XV.

DE

PRIORE CHRONICORUM LIBRO.

- PRIOR CHRONICORUM exponit Israelis jam ante Templum florentis
  - Genealogiã, qvæ sistit genus
    - Adami per Filios Noæ usqve ad Israëlem, & Edomitas inclusivè. C. 1.
    - Israëlis per tribum Juda. 2.
    - Davidis per suos posteros è familiâ Salomonis. 3.
    - Judæ per reliqvias qvasdam antea præteritas. 4.
    - Simeonis usq; ad eos, qvi tempore Hiskiæ Chamitas, & Amalecitas vicere; 5.
    - Trans-Jordanæorum Ruben, Gad, Manasse usq; ad Tiglat-Pilleseris tempora 6.
    - Levi per domum Sacerdotalem, triplicemqve Levitarum familiam. 7.
    - Issachar, 1-6. Benjamin, 7-12. (*Dan*, 12.) Naphthali v. 13. Manasse 14-19. Ephrajim v. 20-29. Asser v. 30. f. 8.
    - Benjamin per familiã Saul usq; ad abnepotes Ulami, & Captivitatẽ Babylonicã 9.
    - Reducum è Captivitate, & Colonorum de Juda, Benjamin, & Levi. v. 1-34. 10.
  - Regnũ sub Saulo Rege, cujus
    - genealogia â majoribꝰ ad posteros repetitur, idq; ob connexionẽ, v. 35. f. 10.
    - fatum in prælio, & conditio post necem exponitur 11.
  - Regnum sub Davide, qvi tempore
    - ingressus
      - arcem Jebus occupat, heroum ope adeptus
        - regnum 12.
        - monarchiam 13.
      - arcam fœderis meditans,
        - Usâ strato trimestre hospitium ei parat. 14.
        - domi forisqve variè beatur. 15.
        - Sione Locũ, Cantũ, Custodiã ei ordinat. 16.
        - solenniter adductæ Sacra & hymnos indicit. 17.
        - templum ei struere cupit & differtur. 18.
    - belli, felix domat
      - Philistæos, Moabitas, Syros de Zobâ & Damasco atq; Idumæos. 19.
      - Ammonitas cum Syris è Mesopotamiâ, Maëcha & Zoba. 20.
      - Ammonitas penitus excisos, itemqve Philistæos; 21.
    - pacis
      - in re sacrâ, templo
        - post numeratum populum reperit locum; 22.
        - locum, structores, materiam, promotores destinat. 23.
        - post designatum regem Levitas in ministeriũ dinumerat. 24.
        - XXIV. ordines Sacerdotũ, itemq; Kahatitas & Meraritas colligit. 25.
        - XXIV Ordines Cantorũ, sub Asaph, Ethã, Hemã, determinat. 26.
        - XXIV. qvotidianos Custodes, cum thesaurariis, & populi præfectis conqvirit. 27.
      - in re publiâ
        - XII bellicos duces menstruos, Principesq; & Præfectos habet. 28.
        - convocatis Ducibꝰ, Præfectis, Heroibus, & Salomoni templum commendat
          - ad structurã. 29.
          - ad beneficia 30.
    - egressus, Salomonẽ successorẽ & vivus ungi jubet, & moriens relinqvit. v. 31. f.

TABULA XVI.

DE

POSTERIORE CHRONICORUM LIBRO.



TABULA XVII.
DE
LIBRO ESRÆ.

- LIBER ESDRÆ exponit Cultus inter Reduces Divini
  - renovationem per
    - mandatum Cyri. . . . C. 1.
    - affluxum populi. . . . 2.
    - conatum ædificii. . . 3.
  - remorationem per
    - turbas ante Darium H. motas. . . 4.
    - literas ad Darium H. datas. . . 6.
  - restaurationem per
    - structum ê concessione templum. . 6.
    - Esræ
      - legationem ad erigenda synedria & synagogas. 7.
      - adventum cum donis & sociis in Judæam. 8.
    - reformationem conjugii
      - prece qvæsitam. . 9.
      - dextrè peractam. . 10.

TABULA XVIII.
DE
LIBRO NEHEMIÆ.

- LIBER NEHEMIÆ exponit Status inter Reduces Politici
  - Pravam rationem
    - â Nehemiâ deploratam. . . . . C. 1.
    - ê Regis mandato mutandam. . . . 2.
  - Reparationem per
    - structuram muri,
      - feliciter inchoatam. . . 3.
      - variè attentatam
        - externis insidiis, 4.
        - internis dissidiis. 5.
      - feliciter consummatam contra dolos. 6.
    - culturam urbis
      - qvæsitam ope
        - catalogi collati . 7.
        - mensis festicelebrati . 8.
      - promotum ope
        - precum . 9.
        - fœderum. . 10.
      - perfectam ope sortis . . 11.
  - Conservationē per
    - curam catalogorum, murorum, sacrorum. . 12.
    - correctionem repullulantium vitiorum. . . 13.

TABULA XIX.
DE
LIBRO ESTHERÆ.

- LIBER ESTHERÆ exponit Fortunæ suæ Ahasvero Judaicæ
  - Svavia accrementa per
    - repudiationem Vasthi . . C. 1.
    - exaltationem Esther. . . 2.
  - gravia decrementa inter
    - Hamanis cruenta consilia. . . 3.
    - universalia populi suspiria. . 4.
    - periculosa reginæ subsidia. . 5.
  - Varia incrementa ob
    - Mardochæum honoratum. . . 6.
    - Hamanem reprobatum. . . 7.
    - Mandatum immutatum. . . 8.
    - Decus genti paratum. . . . 9.
    - Mardochæum amplificatum. . 10.

FINIS PARTIS IN V. TESTAMENTO HISTORICÆ.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824726561/phys_0026
DFG

TABULA XX.

DE

LIBRO IJOBI.

- LIBER IJOBI exponit Variã Patientis Ijobi fortunam in
  - Prologo Historico de Ijobi
    - felicitate v. 1-5. — C. 1.
    - infelicitate
      - extra ipsum v. 6. f. — 2.
      - intra ipsum.
  - Dialogo Elenctico
    - Ijobi & Amicorũ Triũ Seniorum, ubi Circulus
      - Primus integer, qvô
        - Jobus initium facit imprecans suæ vitæ. — 3.
        - Eliphas Themanita qverentem monet de
          - probitate non fucata. — 4.
          - peccato deprecando. — 5.
        - Ijobus malis suis
          - amicorum malevolentiam accenset. — 6.
          - divinam cmmiserationem & finẽ sibi vovet — 7.
        - BildadSuchites mala justè præsentia per conversionẽ tollenda ait. — 8
        - IjobusDEUM
